



burg

32



11
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



12503.

DISPUTATIO JURIDICA.

De

37

27

PATRIA POTESTATE.

Quam

1652, 11.

PRÆSIDE

Nobilissimo & Amplissimo Viro

DN. IOH. OTTONE TABORE

JCTO, ET IN ACADEMIA AR-

gentinensi Juridicæ Facultatis Seniore,

Cod. ac Placit. Feudal. Professore celeberrimo,

Domino suo Præceptore vene-
rando.

publico examini proponit

GABRIEL FROELICH,

Landaviensis.

Mens. Maio. 6 die

horis locoque consuetis.

ARGENTORATI

Typis JOHANNIS PHILIPPI MÜLBI,

ET JOSIÆ STÆDELII,

Anno M. DC. LII.



Viris Gravissimis , Prudentissimis , Spe-
ctatissimis,

PRAETORI , CONSULI-
BVS , MARSCHALLIS , SE-
NATORIBUS , Liberæ Civit. Imper.
LANDAVIÆ.

ET

Consultissimo, Clarissimo ac Doctissimo,

DN. JOHANNI JACOBO WIEGERO,
U. J. Doctorand. Illustriss. Evang. Capitula-
rium Eccl. Cathedr. Argentinenensis Secretario.

Patribus Patriæ, Patronis suis maximis,
& Dominis colendis,

Disputationem hanc Juridicam

submissè, reverenter, obsequiosè

dedicat, offert

Gabriel Frœlich, Landav.
A. & R.



I. N. D. N. I. C.

De

PATRIA POTE-
STATE.

P A R S I.



Atria potestas est quasi proprietas, quam Patres iu- Cap. I.
re Civili habent in liberos iuste procreatos. ita Cuiac. §. 1.
in *o. C. de Patr. pot. (Et ex eo C. A. 1. 6. 5.)* qui definit per
Quasi proprietatem, respiciens ad veterem condi-
tionem Liberorum, qua comparabantur servis pro-
priis, qui erant in potestate dominica. *pr. l. de his qui sui. l. 215. d. V. S.*
vel ad Interdictum de Liberis exhibendis, ut ipse Cuiac. in *o. C. de*
lib. exhib. hac verba repetit. ex l. 2. §. 2. D. de Interd. quo Interdicto libe-
ri exhiberi petuntur, ut duci possint. l. 3. §. 1. D. de liber. exhib. vel ad-
iecta causa vindicari, h. m. Ex iure Romano, s. ex lege Quiri-
tium hunc filium meum esse dico. l. 1. §. 2. D. de R. V. ex quo iure
Præiudicalem quoque Actionem habet. §. 13. l. de Action. ubi Schnei-
devvin. & Civilem de Furto. l. 14. §. 13. D. de Furt. & Criminalem de
plagio. l. ult. C. ad l. Fab. de Plag. Adversus Filiū, notio & præiudiciū;
non interd. lo. habet l. 3. §. 3. D. de liber. exhib. Alii generis loco
Jus ponunt, ex l. 3. D. de his qui sui. Verum hoc vocabulum latius
est; sæpius etiam dicitur manus paterna, ut in l. 1. §. 3. C. de Annal.
except. C. A. th. 4. de formula, constitutum esse in sacris paternis,
in d. l. 1. §. 3. C. de Annal. except. l. 12. C. de Collat. l. 3. C. de bon. mat. Et vide
Ascan. Clementin. tr. de patr. potest. c. 6. effectu 7. Phil. Paschal. de virib.
patr. pot. p. 1. c. 7. n. 1, 2. Et quos citat A. 2. Pinell. ad rubr. tit. C. de Bon. ma-
tern. p. 2. num. 4.

§. 2. Competit hoc jus patribus ex jure civili, estque
A primo

primo introductum lege Romuli. *fac. Historia Horatii Patris apud Liv. 1. Hist. c. 26. Georg. Acac. Enekel Baro de HohenEck. in tr. de Privileg. par. & lib priv. 1. c. 3.* Et postea moribus observatum. *l. 8. D. de his qui sui. C. A. th. 6. Clement. c. 3. n. 1.* unde dicitur jus proprium Civium Romanorum, quale nulli alii populi habent. *§. 2. l. d. patr. pot. Grot. de jure belli & pac. 2. §. 7. Pinell. d. l. num. 9, 10.* sive consideres causam, nempe Nuptias, *l. 4. D. de his qui sui.* quas contrahunt inter se Cives Romani. *pr. l. de Nupt l. 1. C. de hered. inst. sive Effectus, in corpore & bonis liberorum. l. 11. D. de lib. & posth. §. 1. l. per quas pers. Enekel. pr. l. c. 1. & 2. Vngepaur. 3. quest. Justin. 2.*

§. 3. Habent hanc potestatem Patres (unde Patria denominatur) ubi non excluduntur *Avi. l. 51. l. 201. d. V. S.* quippe qui etiam filios, & ex his Nepotes, ac ceteros deinceps liberos in potestate habent *§ ult. l. de patr. pot. l. 28. D. de Test. milit. l. 20. & 21. D. Ad L. Iul. de Adult.* hinc generali vocabulo Liberorum usus est *Cuiac. l. 220 pr. d. V. S.* si sint iuste procreati, i. e. ex iustis Nuptiis. *pr. l. de patr. pot.* Nam in hoc civili sensu, Pater est quem Nuptiæ demonstrant. *l. 5. D. de in Ius voc. l. 6. D. de his qui sui.*

C A P. II.

§. 1. **F**undamentum huius juris, *uti d.* sunt Nuptiæ, sive Matrimonium, quod est ex jure Naturali. *pr. l. de I. N. G. & C.* Communis namque animantium omnium est Coniunctionis appetitus, procreandi causa; & cura quædam eorum quæ procreata sunt. *Cic. 1. offic.* sed homines ratione præditi, consensu non concubitu Nuptias contrahunt. *l. 30. d. R. I.* & in iis honestatem observant. *l. 42. d. R. N.* ac iuxta præcepta Legum coeunt. *pr. l. de Nupt.*

§. 2. Ex Nuptiis est liberorum procreatio. *l. 220 §. 3. d. V. S.* quibus cum repleatur civitas. *l. 64. D. de Cond. & Dem. l. 2. C. de Ind. vid. expl. v. in l. 4. §. ult. D. de Grad. cõiuges invitantur immunitatib. & privilegiis, Duaren. 1. d. p. 40.* contra, Cælibes olim pœnis onerabantur, quæ tamen postea sublatae sunt, *t. C. de infirm. pœn. Cæl. ubi Cuiac in ∞ .* Excusat numerus liberorum à tutelis & muneribus civilibus. *pr. l. de excus. tut. tit. C. Qui num. lib. §. 66. & 10, 51. l. 2. §. 1. seqq. D. de Vacat. muner. l. 24. C. de Decur. 10, 31. l. 5 §. 2. D. de jure immunit. Enekel priv. 20. 6. 3. 4. 5. Paschal. 4. 4. Maurus Vertranius tr. de jur. liber. Maiora*

Maiores sunt privilegia mulierum propter puerperium. §. 4. l. ad
Sct. Tertull ratione dotis. §. fuerat. l. de Action. ubi Schneidev. 7. l. 1. D. sol.
matr. l. 2. D. & l. 30. 31. C. de l. dot. l. un. C. de R. Vx. act. l. 12. C. Qui potior.
in pign. donationis propter nuptias. l. ult. cum auth. C. de Donat.
propt. nupt. l. 9. cum auth. C. de pact. dot. al. bonorum paraphernalium.
l. 9. §. 3. D. de l. dot. iuncta l. ult. C. de pact. dot. successione ab intestato
in bonis liberorum, §. 4. ad Sct. Tertull. Nevell. 118. c. 2. & mariti de-
functi. t. C. unde Vir. & Vx. Nov. 117 c. 5. aliisque favoribus Patrimo-
nii. Enekl. d. pr. c. 7. & seqq.

§. 3. Sequitur cura eorum, qui procreati sunt. l. 42. §. 1.
C. de Episc. & Cler. ut Educatio. pr. l. de l. N. G. C. ad quam naturalis
stimulus parentes hortatur. l. un. §. 5. C. de R. V. act. Grot. d. tr. c. 7. n. 4.
& 6. Enekl. pr. 7. c. 1. non lex tantum l. ult. §. 5. C. de bon. quæ lib. nisi
quod negantes suos esse liberos, (absque tamen præiudicio cau-
sæ) cogat l. 1. §. 13. D. de alend. lib. l. ult. C. eo. l. 10. D. his qui sui. etiam ca-
ptis pignoribus l. 5. §. 10. D. eo. ut alimenta præstent Paschal. part. 2.
c. 2. nempe Victum, Amictum, Tectum, l. 6. l. ult. D. de alim. & cibar.
l. 43. d. V. S. & cætera quibus tuendi curandive corporis gratia u-
timur. l. 44. eo. quæq; alia sunt onera liberorum. l. 3. §. 10. D. agnosco.
& alend. lib. pro modo facultatum l. 5. §. 7. D. l. 4. C. eo. Enekl. c. 3. n. 6.
ac dignitate dantium, & percipientium. l. 1. §. 19. D. de Ventre in
poss. mitt. l. 12. §. 3. D. de Admin. tutor. Enekl. n. 9. Clem. eff. 17. n. 35. seq.

§. 4. Causæ alimentorum cohæret institutio. l. 6. §. 5. ad
Carb. Ed. Richter. ad Auth. Habita C. Ne fil. pro patre disp. V. n. 1. quæ ab
Arniseo l. polit. cap. 18. dividitur in privatam, & publicam; illa con-
sistit in domestica disciplina, qua parentes educunt liberos in
pietate, imbuant bonis moribus, & assuescant labori. Ephes 6. do-
nec addiscant artem aliquam, qua inservire possint R. P. cui na-
ti sunt. l. 1. §. 15. de ventr. in poss. mitt. seque exhibere. l. 5. §. 7.
D. de agn. & al. lib. l. 12. de Legat. 3. Clement. num. 7. Gæddeus
ad l. 44. de V. S. num. 10. institutionem corporis alimen-
torum appellatione contineri scribit, arg. l. 6. D. de alim. l. ult. C. de
alim. pup. præst. ex quibus ego, iunctis l. 7. D. alim. leg. l. 6. §. 5. ad Car-
bon. Ed. cum Cuiac. in æ. C. ubi pupill. educ. idem de institutione ani-
mi statuo, cum hæc quoad excellentius obiectum, & maius com-
modum, quod præstat R. P. opificio multum sit anteponenda.
auth. Habita C. ne fil. p. p. Proæmio l. §. fin. Minus a. probo sententiam
eorum, qui restringunt ad peritiam pingendi litteras, vel Gram-

maticam, præter Clement. a. Paschal. 2. 3. 16. seqq. Eneñk. pr. 7. 2. 3. nec tantum si in patria litteræ floreat, pater filio, quem studiis addixit, sumptus subministrat, sed etiam Athenas aut Corinthum proficiscenti. l. 18 §. 1. D. de Iudic. d. auth. habita. Clem. num. 33. Hinc & in mutuo tali cessat S. Ct. Maced. l. 5. C. l. 7. §. 13. D. ad S. Ct. Maced. cum in rem patris versum esse videatur. Wesenbec. π. eo. num. 8. Modò ne filius plus quam pater domi solitus fuerit suppeditare, in vestes ornatiores, libros, & alia expenderit, per text. l. 7. §. quod dicitur. 13. De S. Ct. Maced. l. 3 §. 3. D. de in rem vers.

§. 5. Loco alimentorum succedit Dos. l. ult. ibi: dotem mulier ad suos victus, suasq; alimonias possidet. C. Qui pot. in pignor. Everh. Top. l. ab Alim. ad dotem. paternum enim officium est dotem pro sua dare progenie. l. ult. C. de dot. promiss. Paschal. 2. 6. Clement. eff. 11. n. 1. Eneñkel. pr. 8. c. 1. sicut quoque legibus cautum. l. 19. D. de R. N. l. 5. §. 4. D. de l. dot. Clement. num. 11. Eneñk. c. 2. quæ profectitia dicitur, d. l. 5. pr. & peculium profectitium. l. 3. §. 6. D. de Minor. & à patre soluto matrimonio reperi potest l. un. §. 14. C. de R. V. act. l. 4. C. sol. matrim. Paschal. 1. 4. §. 1, 32. non extantibus liberis. Goth. add. l. 4. Clem. n. 31. quod frustra impugnat Vngepaur. Ex. Iust. 7. q. 7.

§. 6. Doti respondet Donatio propter Nuptias. §. 5. l. de Donat. d. l. ult. C. de dot. prom. Eneñk. d. c. 2. num. 4. c. 3. n. ult. Vtraq; post mortem patris confertur. Novell. 18. c. 6. cautione vel re ipsa. l. 1. §. 9. D. l. 12. C. de Collat. ab iis qui acceperunt, si velint cum fratribus sororibusve succedere, ut æquales fiant portiones: Aut in legitimam imputatur, l. 29. C. de Inoff. test. Eneñk. 14. p. 1. c. 1. num. 60. Vnde quæri solet, an idem de impensis studiorum gratia dicendum? v. Richter. auth. Habita. disput. V. §. 7. n. 2. & affirmatur, arg. l. 50. D. fam. ercisc. l. 11. l. 17. C. de Donat. l. 20. §. 1. C. de Collat. Sed negantibus subscribo, cum favore litterarum hæc donatio contra regulam valeat. Clem. eff. 17. n. 48 & 49. Paschal. 1. 4. 33. Wesenb. de coll. dot. ff. n. 3. Schneidev. §. 20. l. de Actio. rubr. fam. ercisc. num. 48. 50 seq. & §. 2. de Donat. n. 74, 75. ubi de libris. Richter. d. l. D. D. Bicc. Aur. f. 3. th. 139. n. 4. not. ubi C. A. & eius distinct.

§. 7. Bona quoque Parentum defunctorum Liberis debentur, l. ult. §. 2. C. de Curat. fur. iuxta illud tritum: Est filius, E. hæres. in Axiom. Aug. Barbof. lit. F. v. filius. ratione alimentorum, ex jure naturali. l. 7. pr. D. de bon. damn. l. ult. pr. C. de Adopt. Grot. de l. B.

P. 2. 7. 5.

P. 2. 7. 5. & communi voto parentum. l. 15. pr. D. de Inoff. test. l. 7. §. 1. D. unde lib. l. 50. §. 2. D. de bon. libert. l. 13. C. de legit. hered. Enekn. 14. 1. 2. unde ipso jure adhuc vivo patre Domini censentur §. 2. l. de her. qualit. & continuant dominium. l. 11. D. de lib. & posth. l. 1. §. 12. D. de success. Fd. sui que ac domestici hæredes existunt. §. 3. l. de her. que ab int. l. ul. rim. C. de repud. her. Enekn. d. l. c. 1. n. 2. & c. 10. n. 20. seq. Paschal. 4. 1. Pinell. ad rubr. C. de bon. mat. p. 2. n. 38 in med. seqq. Et ab intestato primus est eorum successio. §. 1. l. de her. que ab. Quod si Pater velit testari, potest absque solennitate inter suos liberos bona dividere. l. 1. §. 1. C. de Testam. N. 107. c. 1. Paschal. 2. 8. 13. seqq. Enekn. 15. 1. & 2. vel cum solennitate, & liberos suos debet heredes institueret. l. 30. D. de lib. & posth. Enekn. 14. 1. 1. 6. saltem in legitima. Novell. 18. pr. quæ est tertia pars, quam ab intestato succedentes habent. d. N. c. 1. Clement. eff. 16. 4. 1. Claudius de Battandier tr. de legitima. cap. 4. num. 7. si ve quatuor aut infra natis dant iura trientem, semissem vero dant natis quinque vel ultra, arbitrium sequitur substantia cætera patris. ut glossa sonat. quod si minus reliquerit, legitima ab heredibus suppleri peti. §. 3. l. de inoff. testam. l. 32. C. eo. Paschal. 2. 4. Enekn. n. 39. aut si plane nihil, absque ulla, aut illegitima causa, testamentum ut inofficiosum rescindi, vel ut nullum reiici potest. pr. l. de exher. pr. de inoff. test. l. 34. C. eo. Nov. 115. c. 3. Paschal. 2. 5. Enekn. 14. 1. 1. num. 6. 31. seqq. ubi latissime iura, rationes & opiniones.

§ 8. Insuper pro salute liberorum Parentes sunt solliciti. l. 77. §. 24. D. de Legat. 3. magis quam propria. l. 8. §. fin. D. quod mer. c. & per filiorum corpora terrentur. ib. Clement. c. 4. num. 2, 3. Paschal. 3. 1. læduntur. §. 2. l. de Iniur. l. 1. §. 5. D. eo. Clem. eff. 3. Paschal. 1. 10. patiuntur. §. ult. l. de nox. act. unde paternum est officium in omnibus tueri filium. l. 17. §. 18. D. de iniur. nec indefensum relinquere, arg. l. 30. D. de Admin. tur. & excusatur, si percussorem filii occiderit. l. 3. D. l. & 1. Enekn. 14. 4. 10. Paschal. 3. 6. Zoanett. de defens. p. 1. num. 54. seqq.

C A P. III.

Pro hoc innato amore Jure Civili data est Parentibus jus illud potestatis. Clem. c. 4. pr. quod consistit in animadversione, & acquisitione. §. 1. Ex lege XII. Tabul. Pater familiæ in filium fam. jus vitæ & necis, terque eum venundandi habebat.

l. II.

l. 11. D. de lib. & posth. l. 3. §. 1. ff. de Cap. demin. Cuiac. w. C. de Emane. & de Ingr. lib. Sed hanc asperitatem nova hominum conversatio correxit, ut loquitur Imper. in §. ultim. *l. de Nox. act. Enenk. pr. 1. c. 1.* cum officium Parentis in pietate, non in atrocitate consistat *l. 5. ff. ad l. Pomp. de Parr.* ita ut filium delinquentem pater non possit occidere. *l. un. C. de his qui par. sed ad iudicem deferat, qui de causa cognoscat. l. 2. ff. ad l. Corn. de Sicar. l. 9. §. 3. ff. de off. procons. & ex eius voluntate sententiam ferat. l. 3. C. de patr. pot. iunct. l. 13. §. 6. ff. de remilit. Pasch. 3. 3, & 4.* (Excipe filiam adulteram in *l. 20. ff. ad l. Iul. de adult. Enenk. 1. 3, 13. Pasch. 1. 5. Pinell. rubr. C. de bon. mat. p. 2. num. 19.*) nec libertatem ei eripere possit. *l. ult. C. de patr. pot. aut vendere. l. 1. C. de parent. qui fil.* (nisi sanguinolentum, i. e. recens natum, ob famem. *l. 2. eo. Clem. eff. 1. Enenk. pr. ult. num. 21. Pasch. p. 1. c. 1. Pinell. n. 20. usque 30. d. l. ipsius scilicet pueri non patris, Gothofred. ad d. l. 2. è Cuiac. w. C. eod.*) oppignorare. *l. ult. ff. l. 6. C. que res pign. Gothofr. ad l. 2. C. de patr. qui fil. Pinell. d. l. exponere. t. C. de infant. expos. Wesenb. w. ff. ad l. Corn. de Sicar. num. 14. abdicare, s. domo eicere. l. 6. C. de patr. pot.*

§. 2. Sed parentibus læsis permittitur pro modo delicti cum alimenta denegare *l. 5. §. 12. ff. de agnos. & alend. lib. successio-* neque privare. *N. 115. s. 3. tum privata castigatione coëtere, & ad officium redigere. l. un. C. de Emend. propinq. Clem. 6, 13. Enenk. 1, 2, 23. Wesenb. w. ff. de his qui sui. num. 3. breviter in !. 1 §. 4. ff. de lib. exhib. l. 35. §. 1. C. de inoff. test.* persuadetur patri, ne acerbe suam potestatem exerceat, sed benevolentia potius liberos ex se natos in obsequio retineat.

§. 3. Cum ergo filius ipse in potestate sit, nihil suum habere poterit nec possidere. *l. 10. §. 1. & 2. ff. de A. R. D. sed Patri pleno iure acquireret. §. 1. l. de acquis. per arrog. nisi ipse Pater filio pusillum quoddam patrimonium concedat, à bonis suis separatim, quod peculium dicitur. l. 5. §. 3. & 4. ff. de pecul. l. 18. §. 4. de pecul. castr. quod tamen pro lubitu auferre poterit. l. 4. pr. ff. de pecul. sed procedente Jurisprudencia filiis familiàs militibus favore R. P. libera sunt concessa peculia, & postea ex constitutionibus, ea quæ extrinsecè acquirebant, præter usumfructum, singulaque distincta appellationibus.*

§. 4. Primùm profectitium dictum est id, quod ex re
Patris

Patris profectum est. §. 4. l. per quas pers. Molin. de iust. & iure t. 1. rr. 2 d. 233. licet operis filii. §. 4. l. eod. Molin. disp. 234. Hoc pleno iure Patris est, & manet, ita ut alteri donare, vendere, vel quovis modo applicare, ac creditores inquietare. §. 1. Instit. quib. non est perm. & cohæredes inter se dividere possint. l. 13. C. fam. exerc. C. l. A. XV. 1, 3. Enenk. 4. 2. Pinell. ad l. 1. C. de bon. mat. p. 1. num. 9. seqq.

§. 5. Huic opponitur Castrense, quod nullo iure Patris est. l. 3. C. de Castr. pecul. XII. 37. l. 10. l. 18. §. 4. ff. eod. & in quo filius fam. contrahendo, agendo, & testando pro Patre fam. habetur. l. 4. §. 1. l. 15. §. 3. l. 19. §. 2. ff. eod. l. 2. ff. l. ult. §. 1. C. ad S. Ct. Maced. l. fin. C. de inoff. test. C. A. XLIX. 17. 7. Enenk. pr. 10. num. 15. seqq. Molin. disput. 231. num. 5. & 261. num. 3. sic dictum, quod in castris, sive militia sagata filio obvenerit. pr. l. quib. non est perm. & comprehendit quicquid occasione militiae à Parentibus, Cognatis & Vxore ipsi fuit donatum. l. 4. l. 6. l. 11. ff. de Castr. pec. vel in castris, in prælio, & post prælium acquisitum, ut stipendium, l. 27. §. 1. de V. S. præda. §. 17. l. de R. D. præmia militaria. l. 36. §. 1. C. de donat. C. A. d. l. th. 4. Enenk. pr. 10. n. 6. Molin. d. 230.

§. 6. Ad exemplum huius, peculium quoddam quasi Castrense est introductum. l. ult. §. 1. C. de inoff. test. ac inde dictum, quod non in castris, sed in militia togata, i. e. muneribus & officiis publicis Magistratibus & Officialibus ex ærario pendatur. d. l. ult. l. 4. ff. de Assess. l. 7. C. eod. l. 4. 8. & 14. C. de Advoc. divers. iud. 1. Enenk. num. 7. C. A. th. 12. Clement. eff. 9. num. 7. quod Dd. extenderunt ad militiam, ut vocant, cœlestem. Everhard. Top. leg. l. ab arm. mil. ad Cæl. Molin. d. 231. num. 4. ad Feuda. Vult. 1. Feud. 4. num. 8. Enenk. n. 9. libros studiosorum. Everh. d. l. Richter. ad auth. habita disp. V. p. 74. & 91. itemque ad largitiones Principum. l. 17. C. de bon. quæ lib. C. A. d. th. 12. num. 4.

§. 7. Tertia species Peculii est & dicitur Adventitium, quod aliunde, non ex re Patris adveniat. §. 1. l. per quas person. l. 28. D. de Reb. auth. jur. possid. Enenk. 4. 2. 11. Estque vel plenum, vel nudum. fac. §. ult. l. de usufruct. Adventitium plenum proxime accedit ad Castrense peculium. l. 6. pr. C. de bon. quæ lib. quod filius pleno iure, i. e. quoad proprietatem & usumfructum habet, & possidet. Cuius in legibus hæ sunt expressæ species. (1.) si filius absque consensu Patris adierit hæreditatē, vel omissam restitui petierit.

B

tierit.

tierit. l. 8. pr. & fin. C. de bon. qua lib. l. 1. & 2. C. si ut omis. hered. Enenk 4. 3. 17. (2.) si servus filio donetur, hoc modo, ut statim manumittatur. d. l. 8. §. ult. (3.) si à matre, Avia, (præter legitimam) vel aliis, quid eis donetur, aut testamento relinquatur, hoc adiectione Pater usumfructum, vel quodlibet participium habeat. Nov. 117. cap. 1. pr. Enenk. 4. 7. 28. Paschal. 1. 3. 38. (4.) si cum defuncti Patre, eius fratres & sorores in æquales portiones hereditatem dividerint. Nov. 118. cap. 2. qua correcta. l. 3. in fin. l. 4. l. 6. §. 1. 3. C. de bon. qua lib. l. ult. C. Comm. de success. l. ult. §. ult. ad Sc. Tertull. l. 13. C. de legit. her. Cuiac. τ. C. de bon. qua lib. (5.) si parentes non iusta ex causa diverterint. N. 134. c. 11. Cl. D. D. Bicc. §. 1. Aur. th. 10. in Not. ubi hæc breviter recenset. (6.) bona Clericorum l. 34. C. de Episc. & Cler. ubi Cl. D. D. Tab. in not. mscript. Nov. 123. c. 19. Clem. eff. 4. n. 22. eff. 9. num. 3. Paschal. n. 104. qui cum Molin. 1. 2. 8. num. 2. vers. 4. addit (7.) dotem adventitiam, ex l. 45. ff. sol. matr. & (8.) usumfructum filio relictum ex l. 1. ff. de usufruct. leg.

§. 8. Peculium adventitium minus plenum, constituunt res, in quibus Parentes utendi fruendi ad diem vitæ facultatē habent, dominio earū ad liberos pertinente. Huius §. modos recenset D. D. Bicc. alleg. l. add. sextum ex auth. uxore. C. de secund. nupt. & septimum ex moribus quarundam civitatum, de quo Wehn. Obs. pract. verb. proprio; Versangenschaft. & D. Bitsch. in not. mscript. ad eundem.

§. 9. Huic iuri coniuncta est Administratio eorundem bonorum. arg. rubr. C. de bon. qua lib. & eor. admin. tūm propter potestatem legitimam Parentum, tūm quia filiorum magis utilitati, quam suæ operam navare præsumuntur. Est igitur hæc gubernatio liberrima, ita ut filii neque eam perscrutari, neque aliquam super ea movere quæstionem possint. l. 8. §. 4. C. de secund. nupt. l. 6. §. 2. C. de bon. qua lib. Clem. eff. 12. num. 1. 7. 11. Enenk. 4. 4. 10. neque enim (1.) cavere debet. l. 6. §. 2. l. ultima. §. 4. Cod. eo. ut extraneus usufructuarius. l. 1. D. usufruct. quem. cav. l. 1. C. de usufruct. Pinell. ad l. 1. C. de bon. matr. p. 2. n. 16. & 75. (2.) nec bona eius tacite pignoris loco obligata sunt. d. l. ut Tutoris & aliorum rem alienam gerentium. l. 20. C. de Admin. tut. l. un. C. rem al. gerent. exc. bona materna, & alia à matre eiusque consideratione donata. l. 6. §. ult. C. eo. l. ult. §. 1. C. qui pot. in pign. l. 8. §. 4. C. de secund. nupt. Enenk. 4. 6. 3. (3.) quod liberis debetur per se, vel per Procuratorem, etiam

etiam lite non contestata, in iudicio poscere potest, & inferenti litem, resistere. *pr. l. per quas pers. oblig. l. 1. C. de bon. qua lib. cum alias Procurator in iudicio mandato constituatur. §. 3. & 4. l. de Satisd. à Domino rei, aut litis. l. 23. C. de Procur. VVes. ff. de Procur. n. 4. nec sine satisfatione quis defensor existat idoneus. §. 5. l. de Satisd. Clem. n. 4. & 19. (4.) nec potest dici negotiorum gestor, qui accuratas rationes reddere tenetur. §. 1. l. de oblig. qua ex q. contr. à quibus liber est Pater. l. 6. §. 2. C. de bon. qua lib. (5.) atque etiam à conficiendo inventario: l. 8. §. 4. C. eod. quod tamen incumbit Matri res pupilli gerenti. D. Tab. in tab. C. mscript. t Vbi de ratiocin. Enenk. 4, 4, 11. & c. 6. n. 10. In summa, tanquam in re sua plenissimam habet potestatem, & ex proprio animo facere potest. l. 21. C. Mand. d. l. 6, §. 2. C. de bon. qua lib. ut rem vindicare. Pinell. ad l. 1. p. 2. num. 10. C. de bon. mat. & possessionem adventitiorum bonorum per se apprehendere. Pinell n. 61. hæreditatē nomine infantis adire. l. infantis. C. de jure delib. & si infans post annum delatæ hereditatis mortuus sit, eam nihilominus sibi acquirere. d. l. 18. §. 1. Clem. eff. 3 Enenk. 4, 3, 10. vel si plenæ ætatis sit filius, jubere adire. d. l. §. 2. quod si ipse recuset, per se facere. l. ult. pr. C. de bon. qua lib. Sumptus litis ex fructibus expendere. l. 1. C. de bon. matern. Clem. eff. 12. n. 17. Contributiones solvere. l. 13. D. de Impens. in res doc. l. 13. C. de act. E. onera ad sustentationem filii nurusque pertinentia, ferre. l. 20. §. 1. D. fam. ere. Clem. eff. 2. num. 41. mancipia alere. l. ult. §. 4. C. de bon. qua lib. res onerosas & damnosas suo arbitrio vendere. d. l. §. 5. legata præstare §. 4. æs alienum ex hereditate emergens persolvere, ex pretio venditarum rerum, etiam sine decreto, nisi sint immobiles & utiles. Clem. eff. 12. num. 9. 10. Mynf. 6. O. 61. Enenk. 4, 4, 16. aliàs planè interdictæ sunt hypothecæ, & alienationes, d. §. 5. & si factæ fuerint revocantur. l. 1. §. 5. C. de Annal. except. l. 1. C. de bon. mat. ubi Pinell. part. 3. Ioh. del Castillo de usufruct. c. 3. Enenk. c. 6. num. 8. Clem. n. 15. & 16. Pasch. 1. 2.*

§. 10. In aliis speciebus peculii non idem observatur: nam in profectitio Pater agit, & convenitur, condemnaturque jure peculii. §. 10. & §. 36. Institut. de Action. & r. seq. Clem. num. 3. Enenkel. p. 9. num. 4. seq. In Castrensi & quasi Castrensi filiusfam. jure Patrisfam. utitur. l. 3. C. de Castrensi pec. In Adventitio pleno, aut si pater remiserit usumfructum. l. 6. §. 2. C. de bon. qua liber.

*Erenk. 4, 4, 7, & 15. Schneiderv. § 2. l. de Donat. num. 70. ipse Pater, si
volet, vel filius, vel amborum consensu constitutus curator ad-
ministrat. l. 8. pr. eo. l. ultim. C. de sentent. pass. Erenk. 4, 7, 18. Colleg.
Arg. 38, 16, 30.*

§. 11. In aliis quoque effectibus, se exerit jus illud pote-
statis, permittitur enim Patri propter summum affectum, ut mo-
riens impuberibus liberis de herede, & tutore provideat. *l. ultim.
pr. C. de cur. fur. §. 3. l. de pup. subst. C. A. l. 6, 24.* Pupilli ob imbecil-
lam ætatem se defendere, resque suas tueri nequeunt. *§. 1. l. de Tu-
tel. § 7. l. de Attil. Tut.* quare ex testamento Patris accipiunt tuto-
rem. *l. 3. § 1. l. 40. D. de Administ. tut. §. 3. l. de Tutel.* qui ex fide eorum
negotia administret, eos educet, atque defendat *l. 12. & 13. D. de
admin. tut. & si cesset, vel male versetur, tutelæ iudicio rationes
reddat. § ult. de Attil. tut. cum tacita hypotheca rerum suarum.
l. 20. C. de admin. tut. Pasch. 3, 9.* Curatores non recte à Parentibus
liberis puberibus dantur, solent tamen à iudice, ad cuius offi-
cium hæc res pertinet, citra inquisitionem confirmari. *l. 1. §. ult.
D. de conf. tut. l. 2. C. eo. Clem. eff. 14.* quod hodie usitatum.

§. 12. Præterea J. C. impubes testamentum facere non
possunt, quia nullum apud eos iudicium. *§. 1. l. quib. non est perm.
Sed moribus introductum, ut quando Pater suum faciat testa-
mentum, liberis quos in potestate habet, impuberibus pupilla-
riter substituere possit. §. 5 l. de pup. subst. & sic non moriuntur
intestati. l. 42. D. de A. vel A. H. Clem. eff. 15. num. 4.* proprium ha-
bentes heredem. *d. pr. & §. 2. ex suo testamento. l. 8 §. 5. D. de inoff.
test. in bonis quæ à Patre, vel aliunde habent l. 26. C. de inoffic. test.
l. 10. §. 5. ff. de vulg. & pup.* In puberibus vero mente captis, etiam pu-
beribus humanitatis intuitu Imp. Justinianus idem permisit. *l. 9.
C. de Impub. & alius subst. Wesenb. w. ff. h. n. 8 Pasch. 1, 9.*

C A P. IV.

Postquam vidimus de Patribus qui liberos in potestate ha-
bent, & eorum privilegiis; notabimus nunc eos qui tale jus
non habent.

§. 1. Ut sunt primo Peregrini, qui non sunt cives Ro-
mani, *l. 17. ff. de statu hom. l. 17. §. 5. D. ad SCt. Trebell. Erenk. pr. 20.*

1011186

num. 12. Clem. c. 2. Pinell. ad rubr. C. de bon. mat. n. 12. vel qui cives esse
peti maximam & mediam capitis deminutionem, (atq; ideo libe-
ros in potestate habere) deserunt, arg. l. 1. C. de her. instit. §. 1. & 3. l.
quib. mod. p. p. ut sunt (1.) servi pœnæ, quibus hodie comparantur
damnati ad Triremes. §. 1. l. de cap. dem. Clem. c. ult. num. 34. D. D. Bicc.
f. 3. Aur. thes. 73. num. 2. (2.) deportati. §. 2. d. t. quibus comparantur
Banniti Imperii, quos interficere cuilibet permiffum est, & quo-
rum bona sunt publicata. Gail. l. 2. de Pace publ. c. 1. num. 19 seqq. Cle-
ment. 20. & 24. D. D. Bicc. d. l. num. 1. (3.) damnati in metallum. d.
§. 2. Pasch. 1, 5, 103. quibus comparantur damnati ad perpetuos car-
ceres. Clem. num. 34. D. Bicc. num. 2. (4.) damnati ad mortem. Ber-
lich. 2. conclus. pract. 11. num. 7. Clem. num. 28. Utrumque autem jus in
suspensio est ex captivitate, & postliminio. §. 5. l. quib. mod. p. p. Sed
hodie captivi inter Christianos servi non fiunt, apud quos ex
Christiana charitate servitus est sublata. Enekl. 1, 9, 27. Verum in
Turcia durior & miserior usurpatur, & ab iis capti servi fiunt.
Grot. de B. P. I. 3, 7, 9.

§. 2. Secundo cessat hoc jus, ubi nullæ sunt Nuptiæ. §.
12. l. de Nupt. sed vel illicitus coitus, ut stuprum, ex quo spurii ge-
nerantur. §. 4. l. de succ. cogn. Palaotr. de Noth. c. 16 17. & 18. Vel per-
missus quidem jure civili, non tamen approbatus, ut concubina-
tus. l. 7. C. de Naturalib. ex quo prognati naturales dicuntur. r. C.
de Naturalib. Palaotr. c. 11. & 12. quanquam omnes, qui non sunt
legitimi, sive civiles, naturales dici possunt. Palaotr. c. 12. num. 8.
ut hodie sublato concubinato ex liberis s. solutis personis nati,
qui Græcis Partheniæ dicebantur. v. Bernegg. ad Iustini hist. 3, 4, 7.
ac per subsequens matrimonium legitimati in parentum pote-
statem veniunt. §. ult. l. de Nupt. Palaotr. c. 12. num. 3. seq. Pasch. 4. c. 1.
num. 25. seq. & c. 4. n. 56. seq. Vel impeditus à jure civili, quanquam
jure naturali probatus, ut contubernium servorum. l. 3. C. de in-
cest. & nefar. Palaotr. c. 13. 14. & 15. Gædd. ad l. 184. de V. S. num. 3. & l.
220. §. 1. eo. Aut si nuptiæ fuerint injustæ, i. e. contra prohibito-
nem, Divini, Gentium & Civilis juris contractæ. Novell. 89. c. ult.
Palaotr. c. 6. & 9.

§. 3. Tertio amittit Pater jus suum, si contra officium
pietatis deneget alimenta. l. 4. D. de agnos. & al. lib. exponat. l. 2. C.
de infant. expos. pudicitiam filix prostituat. l. 12. C. de Episc. aud. ub.

Dn. D. Tab. in lect. mscr. Pasch. 2, 10. duriter tractet. l. ult. si à patr. quis manum. vitæ infidietur, aut alia faciat, quæ eum indignum suo jure reddant. d. l. 2. C. de inf. expos. Nov. 115, c. 4.

§. 4. Solennis olim mos erat tollendi patriam potestatem Emancipatio sive manumissio liberorum, ubi Pater tutor fiebat quasi legitimus, consequebatur jus Patroni, contra tabulas per Prætorem bonorum possessionem accipiebat, ac ut Patronus ab intestato succedebat, si contracta fiducia emancipasset. §. 6. I. quib. mod. ius patr. p. §. un. de legit. par. tut. §. 1. de succ. libert. §. ult. de leg. agnat. success. Sed cum solennitates tollerentur, nec in extraneum adoptantem jus patris naturalis transferretur. §. 2. & 6. I. de Adopt. in desuetudinem paululum abiit, & hodie minus. *Dn. D. Bicc. s. 1. thes. 39. Eneñk. 1, 10, 14. atq; adeò in feudis planè non observatur. Vult. 1. Feud. c. 9. n. 89. v. inf. p. 2. c. 4. n. 5.*

§. 5. Hodierna autem consuetudine receptæ sunt separatio bonorum, sive separata habitatio, & Nuptiæ: de quibus tamen dubitat *Eneñk. 1. 12. Schneidevv. §. 3. 1. quib. mod. p. p. Wesenbec. w. ff. de Adopt. & Emanc. num. 10. & t. de his qui sui. num. ult. C. A. 1, 7. thes. 106. 107.* quia in jure civili inter modos tollendæ patriæ potestatis non referatur. Verum ut hoc de jure Justiniano, non veteri, concedamus, ex eodem nihilominus effectus Emancipationis applicare poterimus. Ut Emancipati fiebant sui juris, exiebant de familia, separatim habitabant, certam portionem, vel peculium, ut inde viverent, à Patre consequebantur, postea sibi acquirebant, legitimam personam standi in judicio, testandi, aliaque libero arbitrio agendi potestatem habebant. *Cuiac. w. C. de Emancip. Berlich. 2. conclus. pract. 11. num. 57. seq.* sic hodie Nuptias contrahentes exeunt de potestate Patris, quod Germani dicunt: *Freien/gefreyet werden. Vult. Comm. Inst. §. ult. de Patr. pot. num. 3. & de familia fac. §. ult. 1. dict. t. l. 195. §. ult. de V. S. separatim habitant, germ. fangen ein besondere Haushaltung an. Besold. thes. pract. verb. abgesonderte Kinder. dotem vel partem bonorum accipiunt; german. werden außgesteuert. Wehn. obs. pract. v. Außsteuren.* sibi acquiritur, contrahunt, litigantur, & in negotiis versantur sine respectu potestatis, ut usus testatur. unde *Eneñk. 1. 10. ult.* statuit esse tacitam emancipationem, sive renunciationem juris paterni; ut alias ipso jure civili Pater tacite jus suum remittere, & filia præ-

præscribere suam libertatem potest. l. 1. C. de patr. potestat. l. 25. ff. de Adopt. Ad rationem v. sup. adductam, respondetur ex D. Loc. q. Inst. 39. Jus civile esse mutabile per §. pen. l. de l. N. G. C. atque adeo hoc in casu per consuetudinem contrariam sublatum, uti Berlich. 2. conclus. 11. n. 33 seqq. testatur de Germanis, & aliis populis, apud quos jus civile est receptum.

§. 6. Ultimo hæc potestas tollitur morte. pr. l. quib. mod. p. p. Sebast. Medic. tract. Mors omnia solvit. p. 2. conclus. 74. n. 240. nisi intermedia sit persona, ut Patris, qui est in avi potestate. d. pr. l. eo. §. 3. de Tutel. §. 2. de her. qual. §. 2. l. de hered. que ab int.

PARS II.

DE REVERENTIA ET obsequio Liberorum.

Alterum subiectum, sive correlatum sunt liberi, qui à Parentibus prognati & educati sunt, l. 1. §. 3. de obseq. par. legitimi. l. 6. D. de his qui sui. l. 17. §. 4. D. Sct. Trebell. ingenui. l. 19. de statu hom. filii familias. l. 4. de his qui sui. consortes eorundem factorum sup. p. 1. c. 1. §. 1. l. 18. §. 1. C. de Heret. ubi Dn. D. Tab. in lect. mscr. eiusdem nominis, l. 195. de V. S. l. 32. §. ult. de leg. 2. Agnationis. d. l. 195. §. 2. de V. S. §. 1. l. de legit. agn. tut. §. 1. de legit. agn. succ. civitatis. l. 1. D. ad munic. l. 3. C. de Municip. Dignitatis. l. 36. C. de Decur. Enekn. 3, 5. Pasch. 4, 2. Bonorum. §. 2. Instit. de hered. l. qual. l. 50. §. 2. ff. de bon. lib. sup. 1, 2, 7.

§. 2. Pro quibus summis beneficiis, utinam ! liberi parentibus debitam referrent gratiam. Enekn. 1, 4, 4. secundum præceptum, & benedictionem divinam. Exod. c. 20. vers. 1. Timoth. 5. & rectam rationem, quæ dicitur, ut parentibus pareamus. l. 2. de l. & l. pietatem debitam præstemus. l. 10. de obseq. par. sanctam & honestam eorum personam habeamus. l. 9. eo. Veneremur. l. 1. §. 2. eo. obsequamur. l. 28. C. de inoffic. test. his ex naturali ἀρετῆς ἀπὸ τῆς φύσεως benefaciamus, provideamus. l. 5. pr. §§. 13. 15. 16. D. de agn. & alend. l. 1. & 2. C. eo. H. Grot. de l. B. P. 2, 7, 5. Enekn. 7. c. ult. Clement. eff. 17. Pasch. 2, 3, 57. Eorum salutem propriam anteponamus. arg. l. 1. §. 28. ad Sct. Syll. l. 1. C. de his quib. ut ind. l. 4. C. de calumn. Enekn. 2, 2. Pasch. 3, 6, 4. & 34.

Cap. I.
§. 1.

§ 34. & memoriam piè celebremus. l. 4. §. 16. D. de dol. m. exc. l. 7. C. de Testam. man. l. 29. §. 1. de A. vel O. H. l. ult. D. de his qui not. inf. Eenk. 11, 2, 3.

§. 3. Eandem pietatem præcipit jus civile. arg. t. de obseq. parent. prest. & iubet, ut parentum dicto liberi sint audientes. l. 4. de R. l. & à pœna sinistri facti obtemperantes excusat, in l. 11. §. ult. ff. de his qui not. inf. . 4. C. de adult. nisi illud in se habeat atrocitatem facinoris, vel sceleris. l. 157. de R. l. Eenk. 1, 7, 25. seqq. Pasch. 1, 8, 31. seqq. ac iis serviant, & suis laboribus emolumentum acquirant. l. 7. pr. ad L. Aquil. l. 14. §. 13. D. de furt. ad quam l. v. Dn. D. Tab. in Racem. add. Eenk. 1, 2, 18. & cap. 7. num. 24. nec tristi successione in bonis propriis liberorum, etiam militum defunctorum defraudentur parentes. l. 15. pr. D. de inoffic. test. l. 17. C. eo. Novell. 115. c. 4. qua correctâ l. ult. C. de inoffic. test. secundum Dd. Viglius ad t. 1. de milit. test. pr. in fin. num. 11. & 12. Clement. eff. 16. num. 54. Eenk. pr. 14. p. 2. c. 1. num. 9.

C A P. II.

Prohibuit quoque jus civile non facienda. argum. l. 1, 2, 3. D. de L. L. quæ breviter recensebo ex C. l. A. XXXVII. 15. num. 4.

§. 1. Non potest inter patrem & filium, ex ullo contractu, aut delicto privato obligatio, vel actio nasci; nec ex persona fratris, qui in eiusdem est potestate. §. 6. 1. de inut. stip. l. 7. D. de O. A. l. 4. D. de iudic. l. 38. D. de condic. indeb. ubi gloss. & Dd. §. 12. l. de oblig. q. ex del. Clement. eff. 2. num. 4. Eenk. pr. 5. 5. nec possunt sibi mutuo donare. l. 1. §. 1. D. pro don. Clem. n. 2. Eenk. d. l. quia pater & filius una persona; & utriusque eadem vox censetur. §. 4. l. de inut. stip. l. 16. D. de furt. & quod filius acquirit, patri acquirit, ipsique stipulatur. §. 12. l. eo. Eenk. 3, 1. A. Barbof. in Axiom. 14, 3, 8.

§. 2. Non possunt liberi parentum conditionem deterioré facere. l. 3. §. 4. D. quod quisq. iur. v. g. mutuando. §. 7. 1. quod cum eo. l. 1. D. ad SC. Maced. Pasch. 1. 6. aut donando. l. 7. D. de donat. Eenk. pr. 12. Nec stare in iudicio contra alium sine consensu patris. l. 1. §. ult. C. de Ann. except. l. ult. pr. C. de bon. quæ lib. C. A. l. 6, 17. V. 1, 96. seq. Clem. eff. 4. num. 12, 13. Eenk. 19, 1. nimirum in causa civili, & ubi patris interest. Schneidvv. l. de patr. p. n. 18. pro alio vero in iudicio
agere

agere potest. l. 3. pr. D. de procur. Enenk. c. 3. n. 2. etiam judicare. l. 16. §. ult. l. 17. D. ad Sct. Trebell. an in causa Patris? v. l. 77. & 78. de Iudic. Duaren. 1. disp. 51.

§. 4. Sed in bonis propriis, & Patrem, & alium sibi, ac se illis obligare, & satisfacere potest. l. 2. D. de contr. empt. l. 52. §. 5. & 6. D. de furt. At Prætor Parentibus hunc præstat honorem, proposito Edicto, ne filii temere litigantes, sine eius permisso, & prævia causæ cognitione, in jus Parentes vocent, adiecta 50. Aureorum pœna. §. ult. l. de pœna tem. litig. l. 4 §. 1. l. ult. D. de in ius voc. Enenk. 18, 1. & 2. Clem. eff. 3. num. 17. 18. ubi tradit quod Pater impune possit non comparere vel excipere de nullitate processus.

§. 5. Ne actionem instituant, vel exceptionem opponant, quæ lædat, vel suggillet famam Patris, quare hoc in casu iudicium ipso jure erit nullum. Clem. n. 17. (etiam impetrata venia.) e. g. actionem de dolo. l. 11. D. l. 5. C. de dolo m. l. 4. §. 16. D. de dol. m. exc. l. 11. §. 3. D. de eo quod falso tut. Enenk. c. 1. num. 2. 3. Iniuriarum. l. 2. de obs. par. l. 48. §. 1. D. de hered. inst. Clement. eff. 1. num. 13. de vi. l. 2. l. 7. & 2. eod. l. 1. §. 43. D. de vi & vi arm. de calumnia. l. 5. D. de obs. par. de servo corrupto. l. 6. eo. sed in factum actione, absque mentione doli. l. 11. D. l. 5. C. de dol. m. Enenk. 2, 6, 6. vel imploratione officii Judicis. Enenk. 18, 4, 8. seq.

§. 6. Nec jurat Pater de calumnia. l. 7 §. 3. de obseq. par. vel eius Procurator. l. 2. eo. C. A. d. t. num. 6. & fideiussor qualiscunque pro eo sufficit. l. 2. §. 2. & 3. D. qui sat. cog.

§. 7. Nec condemnari potest in solidum. §. 38. l. de action. aut propterea incarcerari. Paschal. 2, 9. sed ei relinquenda ei est portio congrua. l. 30. D. de re jud. pro alimentis quotidianis. l. 6. D. de cess. bon. ne egeat. l. 7. §. 1. de obs. par. l. 173. de R. I. Enenk. pr. 11. Et cuius bonis, eius vitæ magis erit parcendum. arg. l. 8 §. 9. ad L. Iul. de adult. quare non accuset. l. 8. D. de accus. l. 17. C. de his qui accusar. aut contra eum testetur. arg. l. 14. §. 5. D. de bon. libert. Wesenb. de testib. num. 3. Enenk. 14, 1, 14, 10 & pr. 17.

§. 8. Porro filius non debet facto Parentis contravenire. l. 14. C. de R. V. l. 7. C. de manum. test. Sic non restituitur adversus Patrem in integrum. l. ult. C. qui & adv. quos in int. Dn. D. Tab. in tab. mscr. d. r. l. 27. §. 4. D. de minor. C. A. IV. 4. 73. Enenk. 18, 1, 4. & 3, 14. sic Feudum à Patre alienatum filius revocare nequit, ex mente Vultei, l. Feud. 11.

C

num.

num. 88. nec id retinere potest repudiata hereditate, Text. 2. F. 51.
§. Filius. Vult. cap. 9. num. 14. sic contra testamentum Patris inoffi-
ciosum tantum querelam habet. pr. l. de inoffic. test. Dn. D. Tab. in tab.
mscr. ad t. C. de inoff. test. & si ei à Patre aliquid sit relictum, tantum
supplementum legitimæ ab heredibus petere potest. §. 3. Institut.
de inoffic. test.

§. 9. Filiusfam. non potest testari. pr. l. quib. non est permiss.
ne quidem Patre cōsentiente, quia hoc est juris publici, i. e. com-
munis, nempe ex Lege XII. Tab. l. 3. l. 6. ff. de Testam. Vertran. c. 30.
quare hæc facultas testandi lege tantum concedi potest; ut in pe-
culio Castrensi, & quasi Castrensi, in quibus pro Patrefam, qui
solus testari potest, habetur. pr. l. de test. mil. l. ult. C. de inoffic. test. &
in adventitio pleno ex constit. Justin. l. 7. C. de qua lib. & N. 123. c. 19.
in reliquis speciebus idem affirmat C. A. D. Locam. Dn. D. Bicc. sect. 3.
th. 73. not. 3. propter. l. ult. §. 5. v. filiis a. C. de bon. qua lib. iuncta. l. pen. C.
qui test. fac. poss. negant. Clem. eff. q. Enenk. pr. 16. qui c. 2. num. 5. seqq.
respondet ad ll. contrarias; & C. A. peculiariter respondet Bachov. tract.
de action. disp. S. cor. 2. add. Pac. anal. C. de his qui test. fac. num. 4. & 5.
Sed donare mortis causa, patre permittente, licet. l. 7. §. 4. l. 25. §. 5.
ff. de donat. m. c. quia hic cessant verba Legis, & contraria est inter-
pretatio Prudentum. add. Enenk. d. pr. Clem. n. 10. Pasch. 1, 6, 105. seqq.
Vvesenb. π. ff. de donat. m. c. num. 4.

§. 10. Filiifam. sine consensu Parentum, quorum sunt
in potestate, nuptias contrahere legitimas non possunt. pr. Institut.
de Nupt. & imo consensus ille præcedere debet, d. pr. Loc. q. Institut.
26. cui liberi, si non contradicant, acquiescere, & ita malle vi-
dentur. l. 12. l. 13. ff. de Sponsal. Sed solent plerique Parentes liberis
suis permittere electionem coniugis, aut etiam iis spondentibus
connivere. Enenk. 6, 9, 19. quia libera potissimum sunt matrimo-
nia. l. 21. ff. de R. N. l. 2. eo. l. 5. C. de Nupt. l. 7. §. 1. ff. de sponsal. Kirzel. in
syn. matrimon. cap. 4. theor. 4. Quod si invitis, & ignorantibus Pa-
rentibus sponsalia celebrata sint, rescindi possunt: sed post co-
pulationem non dissolvuntur. Vvesenb. π. ff. de R. N. num. 3. Kirzel.
theor. 5. C. A. 23, 2, 10. Pasch. 2, 5. num. 21. & 35. diff. Locam. q. 29. Enenk.
6, 8. Ille ratione J. C. Hic ex aliis principiis potissimum ni-
titur. Licet autem propterea Nuptiæ dicantur iniustæ. §. 12. Inst. de
Nupt. l. 18. ff. de R. N. justificantur tamen rati habitione, Enenk. cap. 2.

num.

Pngep. exerc. 1. 3. q. 7. Et licet liberi in potestate Genitoris non nascantur, sed sint naturales. *l. 11. de stat. hom.* Sic tamē q. legitimantur & avo defuncto in suo statu confirmantur. *arg. l. 57. §. 1. ff. de R. N.* Hic quæritur, an filius, filiave, hoc modo inobediens, alimentis aut dote possit privari, aut exhæredari? *Neg. Clem. eff. 17. n. 17. VVes. w. ff. de spons. num. 4. & de lib. & post. num. 5.* nisi indigna sit altera persona. *arg. l. 3. §. 5. ff. de bon. poss. contra tab. Pasch. 2, 5, 15. & 29. Enenk. 14, 1, 14. 18. qui pr. 6. cap. 1.* nec alimenta, nec dotem, nec bona deberi affirmat. De Jure Canonico, consensus parentum, ex honestate, non necessitate adhibetur, *uti Clem. d. l. & Canonistæ communiter statuunt. Diss. Palæot. de Nothis, c. 8. Enenk. pr. 6. c. 7. Pasch. 3, 2, 12. seq.* breviter, favore matrimonii mitiorem sententiam amplectimur, nisi pietas Parentibus debita lædatur. *August. Barbos. Axiom. 11, 16, 2.*

C A P. III.

Contraria filiationi *ex cap. ult. part. 1.* intelligi possunt, quibus pauca superaddam.

§. 1. Non opus autem est hic dicere, de obitu liberorum, qui Parentibus orbis acerbissimus est: nec de morte Parentum lugenda, qua liberi sui juris fiunt, nisi quantum mors superveniens impediatur quo minus in potestate nascatur, qui suus futurus erat. §. 2. *Instit. de her. quæ ab int.* qui propriè dicitur posthumus, q. posthumum, s. humationem, Patris natus, vel q. postumus. *l. 3. §. 1. de inj. rupt. l. 164. de V S.* Hic licet dici nequeat sub potestate esse, sed statim sui juris fiat. *l. ult. ff. de collat. l. 1. §. 10. ff. de suis & legitim. l. ult. §. 1. de assign. lib.* tamen omnia jura à Patre provenientia consequitur, *l. 7. l. 26. D. de statu hom. §. ult. l. qui testam. tut. & passim.*

§. 2. Liberi esse desinunt qui deportantur, aut in metallum damnantur. §. 1. & 3. *Instit. quib. mod. p. p.* Emancipati à parente sponte, aut lege, vel judice jubente, nam liberi parentes nullo modo cogere possunt, eos de potestate sua dimittere. §. *ult. l. eod.* qui in libertate decennio morati fuerint, *l. 1. C. de parr. p.* & filius qui duxit uxorem, filia quæ nupsit. *d. c. §. 5.*

§. 3. Sunt alii qui propter dignitatem à potestate paterna liberantur *in Novell. 81. & l. ult. C. de decur. Patritii, P. Pr. Con-*

fules, Consulares Ordinarii, & Extraordinarii, P. U. & c. quibus translata Imp. sede in Occidentem, & mutata eius forma possunt comparari Electores. *Eenk. 1. cap. ult. num. 40. Proreges. Dn. D. Tab. in Tab. mscr. ad t. C. de P. Prat. Cancellarii. VVesenb. & de offic. Quest. alique Gubernatores, s. Præfecti maiores. Eenk. ibid.*

§. 4. Item Episcopi, *d. Nov. cap. 2. add. Clericos & Monachos, Dn. D. Bicc. s. 1. th. 27. Clem. c. ult. n. 79.*

§. 5. Hi omnes sicuti diversis ex causis sunt exempti à potestate, sic etiam effectus & privilegia circa eos variant; ut, qui pœna digni sunt, bonis non fruuntur; & quibus in præmium hoc concessum, ne exinde damnum sentiant. Quod vero Jus naturale dicitur, etiam in casibus à Jure Civili informatis, sancte observetur; quia licet filii sui juris per emancipationem, & c. manent tamen reliquæ potestatis, §. 11. *Inst. de hered. qua ab. Clem. cap. ult. n. 88.* & licet parens sit impius, vel filius deportetur, tamen hic filius & ille parens manet. *arg. Nov. 12. c. 2. nec cum potestate tollitur pietas, quæ est naturalis, ac potestatem dirigit, & se ultra eam extendit. Eenk. pr. 2. & si à filio violetur, subiicit eum rursus Patri. arg. l. un. C. de Ingrat. lib. Clement. c. 5. n. 66.*

§. 6. Quo autem maiora sunt Parentum quam aliorum beneficia, eo gravior & atrocior est impietas, quæ vultu, verbis & facto perpetratur, & ultorem DEUM habet omnium Patrem, *Exod. 21. Levit. 20.* quod etiam Gentes agnoverunt, *Iustinus lib. 10. Val. Max. 9. cap. 11.* ac abdicatione, castigationibusque severissimis puniverunt. *l. 6. Cod. de patr. potest. Nep. in Themist.* Jus Civile mandat Magistratibus delictum hoc, ad publicam pietatem pertinens, pro modo commissi vindicare. *l. 1. ff. de obseq. par. vel ipsum Patrem pœnam dicere sinit; vel etiam intra privatos parietes verberibus, aut carcere castigare. l. un. C. de Emendat. prop. Eenk. 2, 2, 12. vel alimentis & bonorum successione privare. l. ult. C. de alend. lib. l. 30. pr. C. de inoff. testam. Eenk. 7, 5, 13.* quod si improbi nefandum & abominabile Parricidii scelus agitaverint, Imp. Christianissimus Constantinus M. supplicium à veteribus Romanis usurpatum, infligi præcepit *l. un. C. de Parric. l. 9. ff. eo. ubi Gothofred. add. Berlich.*

lib. 4. conclus. 6.

CAP.

C A P. IV.

SEquuntur alii, qui communi Parentum, & Liberorum vocabulo appellantur, sed revera nec in potestate sunt, nec ex adverso talem potestatem habent.

§. 1. Jure Civili Patri subiecti non sunt liberi Naturales; quo nomine non accipimus, ut in jure opponuntur Adoptivis, *pr. l. de Adopt §. 7. & 10. eo. nec sensu vulgari. sed, ut supr. p. 1. c. 4. §. 2. add. Nobiliss. D. D. Rebhan in Hodogeta juris. chart. 2. clim. 2. parall. 3. n. 36. in not.* Eos qui non quidem ex matrimonio, nec tamen ex stupro nati sunt; sed vel (1.) ex concubina. Hi contracto matrimonio, & dotalibus instrumentis confectis legitimi fiunt. §. ult. *Inst. de Nupt. Pasch. 2, 4, 54.* quod si non legitimentur, liberi & sui juris sunt, sed ex hereditate Patris naturalis tantum certam portionem capiunt, *ex Constitut. Novell. Iustinian. 89. cap. 12. Paschal. 2, 1, 55. & 2, 4, 47.* in qua portione eos heredes nominat *Palaot. cap. 27. num. 5.* (2. qui modus addi potest *ad §. 2. p. r. c. ult. sup.*) in contubernio servili, sive ex nostra ancilla nati. *l. ult. Cod. comm. de manum. l. 8. D. de pign. l. 17. §. 1. D. Que in fraud. cred. ubi gloss. Vertran. cap. 43. Palaot. cap. 13.* qui ambo tamen non accuratè hunc & seq. modum distinguunt. Hi gnati matre sua manumissa, *Novell. 78. cap. 3.* & in uxorem ducta fiunt legitimi, alias servi sunt, & manumitti solent. *l. 41. §. 2. D. de Leg. 3. l. 88. §. 13. D. de legat. 2. l. 5. C. qui manum. non poss. vel per rescriptum Principis legitimari. d. §. ult. de qua legitimatione. Pasch. 4, 2. (3.) Qui in servitute nati sunt, Patre, & matre serva. §. 4. l. de Iure Person. inter quos est naturalis cognatio. §. 10. l. de Nupt. si omnes fuerint manumissi, legitima successio. *t. l. de serv. cogn. de quo casu manumissionis plures leges loquuntur, l. 5. de prescr. verb. l. 4. §. 3. de in Ius voc. l. 1. §. 1. de obs. par. l. 54. mandat. ex Jure autem Canonico, inter servos consistit matrimonium; uti tradit Palaot. cap. 15. Clement. cap. 3. §. 2.**

§. 2. De peregrinis, & iis qui per deportationem facti sunt ἀπόδητοι, non tractat Jus Civile, *l. 17. §. 1. de pæn. l. 17. §. 5. ad SC. Trebell. Palaot. cap. 3.* nisi quod horum liberis conservet peculium. *l. ult. C. de sent. pass. ac bona paterna. Novell. 134. cap. ultimo. aut eorum partem, si ex lege bona publicentur. l. 7. Cod. & l. ult.*

§. 3. ff. de bon. damn. vel filijs damnatis, etsi bona eorum publiceantur, tamen parentibus non auferat, qui ea iure peculii possident. l. 3. C. d. r. nec prohibeat, quo minus deportatus de hisce alatur. Gail. 2. de P. P. c. 19. Pasch. 2. 11, 13. Enenk. 7. 3. & 5.

§. 3. Adoptivi liberi, parentibus etiam honorem & obsequium præstent, arg. l. 8. de in ius voc. (1.) arrogati, qui cum bonis suis in potestatem arrogantis transeunt. §. 2. & 3. l. de Adopt. & t. de acq. per arrog. (2.) adoptati ab avo materno vel paterno. §. 1. l. de Adopt. (3.) ab extraneo, qui tamen in eius potestate non sunt, & quam minimo gaudent filiationis privilegio. Clement. cap. 5. Pasch. 1. 6, 128. Molin. de iust. & iure. t. 1. tr. 2. disp. 227. De unione prolium, hodie usitata. v. Dn. D. Bicc. pral. Aur. th. ult. & sect. 3. 66. in not. VVeibn. & Besold. v. proprio. Einkindschaft. & quos citat Nobil. Dn. D. Rebhan. d. l. th. 44.

§. 4. Appellatione Parentis non tantum Pater, sed etiam mater continetur. l. 51. de V. S. quia utraque persona in liberorum procreatione simili naturæ officio fungitur. §. 5. Inst. de Exher. lib. unde pietas Parentibus, etsi inæqualis est eorum potestas, æqua debetur. l. 4. de curat. fur. Est autem Mater à natura semper certa, l. 5. d. in ius voc. quare nec nos distinctè hic de legitimis & illegitimis, infra paucis, exceptis, sed coniunctim loquemur. l. 19. 23. 24. de statu homin. Palæott. cap. 27. num. 8. & 9. Huic primo præcipitur, ne propter periculum puerperii abortum faciat. l. 38. §. 5. l. 39. de Pœn. l. 4. de Extraord. crimin. l. 8. ad L. Corn. de Sicar. sed in lucem edat. l. ult. C. de lib. causa. (sub gravi pœna. d. ll. & constit. crim. Caroli V. imp. art. 131.) infantes uberibus lactet, l. 3. C. de patr. p. alar, si pater non sit, aut egenus sit. l. 8. l. 5. §. 14. de agnos. & al. lib. Novell. 117. cap. 7. & apud se educet, l. 1. §. 3, l. 3. de liber. exhib. l. 18. §. 1. C. de heret. l. un. cum auth. C. divort. factò ap. quem. Enenk. 7. 4, 10. dotet. l. 14. C. de iure dot. ubi Pac. anal. n. 3. l. 19. §. 1. C. de heret. Enenk. 8, 1, 3. seq. heredes sibi esse velit, Novell. 115. cap. Nov. 118. & §. 3. t. 3. Inst. ad Sct. Orphit. Impuberibus tutorem petat. §. 6. ad Sct. Tertull. si ipsa vidua tutelam gerere nolit liberorum legitimorum. l. 2. C. quando mul. tut. cum auth. ib. vel naturalium, Novell. 89. cap. 4. Ipsa quoque liberis à se hæredibus institutis in testamento tutores dare potest, qui confirmantur à Magistratu l. 4. C. de testam. tut. l. 2. D. de confirm. tut. & liberis mente captis, quasi pupillariter sub-

substituere. l. 9. C. de Impub. & alius subst. sanis, cum cautela. l. 33. D. de vulg. & pupill. De spuris illustrium, ac ex adulterio, incestu, damnatove concubitu natis, vide l. 5. C. ad SCt. Orphit. VVesemb. π. ff. d. t. num. 4. de liberis earum adoptivis. v. §. 10. Instit. de Adopt. ubi Interpret.

§. 5. Hæc jura & privilegia recitata, in aliis quoque juris materiis observantur, & allegantur. ut in potestate dominica de quotit. Instit. l. 8. II, 9, III, 39. IV, 7. Patronatu. t. D. & Cod. de obseq. par. & patr. amore patriæ. l. 2. de iust. & iur. l. 35. de mort. infer. Enekel. 1, 12, 25. Pasch. 2, 3, 13. Item, si quærat de his, qui sunt loco Parentum, inde probabiliter argumentari licet; ut sunt: Patres spirituales. l. 26. C. de Nupt. Clement. eff. 3. Paschal. 2, 9, 15. Vitricus & Noverca. §. 6. & 7. Instit. de Nupt. l. 15. Cod. de Negot. gest. Paschal. 3, 4, 17. Socer, & Socrus. d. §. 6. & 7. Inst. de Nupt. §. 6. Inst. de public. judic. l. 15. §. 2. sol. matr. l. 25. de his, quæ ut indignis l. 4. de Gradib. ubi VVesembec. π. ff. num. ult. Paschal. 2, 3, 7. & 9, 24. Fratres, & alii propinqui. l. ult. de Gradib. l. unic. de Emend. propinq. Tutores. §. penult. Institut. de Attil. tut. de quib. Enekel. in prolegom. & passim. ad cuius amplum & eruditum tractatum de hac materia, brevitatis studio me remitto.

DEO OPT. MAX. PATRI
sit gloria & gratia.

Cum nunc ius violent alii, sanctæque nefando
Conatu Themidi publica bella parent:
Castra subis Themidis, laudanda stipendia iuris,
FRÖLICH, vigili sedulitate meres.
Ne sudes Patri, castrensibus cura peculî
Te tenet, & proprias quaris avarus opes.

Josephus Junta.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Das Oer-Mis-Pater
Josephus

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Strassburg, Diss., 765A-52

ULB Halle 3
004 774 795



f

Sb.

VD 17





12503.

DISPUTATIO JURIDICA.

De

37

27

PATRIA POTESTATE.

Quam

1652, 11.

PRÆSIDE

Nobilissimo & Amplissimo Viro

DN. IOH. OTTONE TABORE

JCTO, ET IN ACADEMIA AR-

gentinensi Juridicæ Facultatis Seniore,

Cod. ac Placit. Feudal. Professore celeberrimo,

Domino suo Præceptore vene-
rando.

publico examini proponit

GABRIEL FROELICH,

Landaviensis.

Mens. Maio. 6 die

horis locoque consuetis.

ARGENTORATI

Typis JOHANNIS PHILIPPI MÜLBI,

ET JOSIAE STÆDELI,

Anno M. DC. LII.

